1289. Giugno. Milano. Nel Capitolo di S.t Eustorgio. 43.

In nomine sancte individue trinitatis Anno a nativitate domini nostri Iesu
Christi Millesimo Ducentesimo octuagesimo nono die veneris ctio mensis Iunij In
dictione secunda. In Loco capituli fratrū pdicatorū conventus mediolanj commorantium
ad ecctiam sancti eustorgij congregatis ibi ad capitulum priore et fratribus dicti cōvent
p hoc negotio explicandando. Ibiq3 frater Jacobus de civulliano prior ipsorum fratrū ɔsensu et
voluntate ipsorum omnium fratrū et capituli et ipsi fratres et capitulum cum ipso priore et eius
auctoritate ad honorem dei et beatissime virginis matris eius ac beatorum sanctorum eustorgij
magnij eugenij et beati petri martiris quorum corpora In dicta ecctia requiescunt auctoritate
concessa priori et capitulo dicti conventus a bone memorie dno henricho archiepo mediolj
que postmodum fuit a sede apostolica ɔfirmata. Nominaverūt postulaverūt elegerūt Nominant
postulant et eligunt. Gasparrum sellam Insupstitem supstantie seu Laboris dicte ecclie sancti
eustorgij. Et ea nominatione postulatione ellectione sic facta. Idem prior nomine dictorum
capituli et conventus Incontinenti cum Libro quem Ipsius tenebat manibus Investivit ipm
Gasparrū de ipsa supstantia cum omnibus Iuribus et ptinentijs ipsius. Ita qd dcus Gasparrus
de cetero negotia ipsius supstantie gerere et bona ipsius exigere et aministrare et In omnibus se
habere et gerere possit et debeat tanquā supstans dicte supstantie de cetero donec placuerit
ipsis fratribus. Actum ut supra. Interfuerunt testes Obizo filius qdam dnj egidij stampe et
et marchixius filius qdam Inosti biroti et baldesarrus filius qdam Iacobi de montorfano
civitatis mediolj omes vocati et rogati. ∴

Ego Bonacursinus filius q. villanj de zibidj civitatis mediolj porte Vercell notarius tradidi et
scripsi. ∴

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 14 (43)
x·rite colorchecker CLASSIC
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-181508331X-17/fragment/page=0001
DFG

1259. 1259. 3. Junij

De Stampil

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-181508331X-17/fragment/page=0002